



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 73. Sultanus Ægypti a Venetis contra Lusitanos sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. ximo studio exoptata erat, ne suorum  
A.C. 1504. negotiationes ad terras Orientis non si-  
ne levi Reipublicæ damno belli tumulti-  
bus impedirentur,

## §. LXXIII.

*Sultanus Ægypti a Venetis contra  
Lusitanos sollicitatus.*

*Spond. ib.  
n. 6. & 7.*

*Barros Asia  
dec. 2. l. 2. c. 6.*

*Orosius l. 4.*

Veneti Turcarum metu liberi, omnes in  
 eo curas intendebant, ut Lusitano-  
 rum progressibus obsisterent, haud enim  
 eorum commercio tam molestum erat  
 Turcarum bellum, quam recentes Lusita-  
 norum navigationes. Ergo, ut rem ex  
 sententia gererent, missis ad Ægypti Sul-  
 tanum probatæ fidei Viris, illum sollici-  
 tant, ut nunciato Lusitanis bello, Indici  
 maris imperium eis eriperet, atque Ori-  
 entis commercium prohiberet, Id ut fa-  
 cilius a Sultano impetrarent, ad eum  
 transmittunt tormentorum conflando-  
 rum scientia peritos artifices, necnon Re-  
 gi Calecuti, ubi portus est ab Orientali ara-  
 matum commercio longe celeberrimus,  
 quosdam Fabros lignarios, qui Indos, na-  
 ves Europæorum more fabricandi artem  
 edocerent: Præterea ingens æris pon-  
 dus ad conflanda tormenta eidem adve-  
 hunt, ut Lusitanos e cunctis Indorum oris  
 potenter pellere valeret. Sultanus, ut  
 bellum contra Lusitanos honesto furo  
 colo-

coloraret, prætenſas eorum vexationes, ac Venetorum querelas lubens excepit, rumoremque ſparſit, ſe Jerofolymitanas ædes, ſacrum Chriſti ſepulchrum, & Divæ Catharinæ in Monte Sinai monaſterium funditus everſurum, necnon cunctas Sanctorum reliquias in aerem ſparſurum, omnesque Chriſtianos in ſuis ditionibus ad amplectendam Mahometis ſectam compulſurum, niſi Luſitani præſtituto tempore inde excederent: Inſuper conqueſtus eſt de injuria a Ferdinando Rege Catholico Mauris illata, eoquod illos aut patria expuliſſet, aut Granatenſi urbe occupata ad Chriſtianorum ſacra coegiſſet, nec minus Emanuelem Luſitaniæ Regem incuſabat, Mauros ab eo indies vexari, atque Orientalis maris commercio præpediri, ſimulque Principum, qui in Indiis imperarent, nec ſanguini, nec bonis parci.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1504.

§. LXXIV.

*Franciſcanus a Sultano ad Papam miſſus.*

Ne vero Sultanus harum comminationum proſcriptum exequeretur, Franciſcanus quidam, S. Catharinæ Fratribus in monte Sion Jerofolymis præpoſitus, nomine Sultani Papam adire ſpondet, ut eum ad reparandas, quas Hiſpanus, *Barros dec. I. l. 8 c. 2. § 3.*

*Hiſt. Eccleſ. Tom. XXXI.* N n nus,